RECTOR & PROFESSORES P.
ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS
LECTORI S.

Diu multúmque inter Veteres anquiſitum eſt, liceátne illis, qui Reipublicæ adminiſtrationi admoti ſunt, ab eadem ingraveſcente ſenio recedere. Habet quidem id ſenilis ætas incommodi, ut annis pedetentim corporis vires atterantur, atque adeo ad illa munia aut exercitia, quæ
vires vegetiores robuſtioréſque requirunt, minus apta reddatur. Verùm neque in gerendâ republicâ iis admodum opus eſt, ſed potiùs conſilio atque prudentiâ, *quæ præcipuè in ſenibus eſt*, *Job.* cap. XII, com. 12. Námque, ut habet EURIPID. in *Melanipp.* v. 73. παλαιὸς αἶνος· ἔργα μὲν νεωτέρων, βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος. *Antiqua fatur dictio: juvenum quidem plus opera, ſed conſilia plus pollent ſenum.* Unde rectè PLUTARCH. in *Libello an ſeni gerenda ſit Resp.* Oper. T. II, pag. 789. ait: [illegible] i. e. ex verſione *Xylandri*: *Nam ad parendum juvenilis, ad imperandum ſenilis ætas accommodata eſt: ac maximè ſalva eſt civitas, ubi conſilia ſenum & juvenum arma obtinent.* Quin & mox addit, eam ob cauſam multis populis magiſtratus à ſenio denominatos fuiſſe, ſcribens: [illegible] *atque idèo* [illegible] *magiſtratum Spartanæ civitatis regibus adjunctam, Apollo presbygeneas* (natu majores) *Lycurgus disertè gerontas* (ſenes) *nominavit. Et Romanorum ſenatus in hunc usque diem à ſenio nomen gerit.* Similem denominationem apud Judæos quondam locum habuiſſe, & in hunc diem apud Arabes aliósque Orientis, quin & pleroſque omnes Europæ populos obtinere, adeo in vulgus notum eſt, ut vel monere nil attineat. *Nihil igitur afferunt*, ut eleganter cauſam hanc perorans ait CICERO in *Catone Major.* cap. VI. *qui in re gerendâ verſari Senectutem negant, ſimileſque ſunt iis qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, cùm alii malos ſcandant, alii per foros curſent, alii ſentinam exhauriant, ille clavum tenens quietus ſedeat in puppi. Non facit ea quæ juvenes, at verò multò majora & meliora facit. Non viribus aut velocitatibus, aut celeritate corporum, res magnæ geruntur: ſed conſilio, auctoritate, ſententiâ: quibus non modò non orbari, ſed etiam augeri ſenectus ſolet.* At alia eſt ratio, ſi ad ætatem graviores imbecillitates acceſſerint, quæ impediant, quò minùs quis, licet mente ac conſilio optimè valeat, quin intentiſſimè in Remp. affectus ſit, ob corporis infirmitatem tamen muniis neceſſariis defungi queat, nec recuperandæ priſtinæ ſanitatis ſpes ulla adfulgeat. Hic eſt ſtatus quem idem Romanus Orator vividè ibidem depingit cap. XI. *At ita multi ſunt imbecilli ſenes, ut nullum officii aut omninò vitæ munus exſequi poſſint. At id quidem non proprium ſenectutis eſt vitium, ſed commune valetudinis.* Id ubi locum habet, non immeritò valet quod laudatus PLUTARCHUS pag. 797. monet [illegible] quæ Xylander reddit, *Voluntatem ſcilicet non oportet deponere viribus ſuppetentibus: viribus deficientibus vis non eſt inferenda corpori.* Quapropter & *iis concedendum eſſe* rectè pronunciat TULLIUS de *Offic.* Lib. I. cap. 21. *qui valetudinis imbecillitate impediti, à Republicâ receſſerunt.* Quod ſi ita, qui inter gentes ſapientiæ præceptis inclyti erant, rationes ritè ſubduxerint, quantò magis jure id faciunt illi, qui ſublimioribus Chriſtianiſmi principiis imbuti, ſe totos à ſupremi Numinis beneplacito pendere norunt, ejúſque ductum unicè ſequi cupiunt. Hi uti nullis prætextibus ſe muniis ingerunt, ſed Dei nutum placidè exſpectant, ita eodem providentiâ ſuâ res ſic diſpenſante, ut intelligant ſe commiſſam divinitùs provinciam per corporis infirmitatem ornare amplius non poſſe, ab hoc ſummo rerum humanarum arbitro Dominóque ſuo ſe iterum avocari, onereque levari credunt. Talibus ſanè meritò honori ducitur, ſe honore abdicare, dum interna illæ animi dotes, quæ ipſos honoratos reddebant, licèt eas in publicum commodum exſerere amplius nequeant, ipſis verè venerandæ caniciei coronam imponunt. Quin & ipſi habent, quo ſibi gratulentur, ſi publicis curis emancipati plus otii accipiant, quod reliquum eſt temporis præparationi ad beatam æternitatem unicè impendendi. Quorſum hæc noſtra tendat oratio, facilè intelligit, qui ad honoratiſſimi noſtrique laude majoris Viri, cujus funus hodiè ducitur, fata, animum advortet. Eſt is *Vir Nobiliſſimus, Ampliſſimus* atque *Conſultiſſimus* JOHANNES VON DEM BUSCH, U. J. D. & Reipublicæ patriæ Senator, neque prudentiæ, neque integritatis ſinceritatiſque ſtudii Reip. commoda promovendi laude, ulli facilè alteri ſecundus. Adſpexerat is hoc Bremæ dias luminis auras anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum ſeptuageſimo ſexto a. d. XVIII Jul. genere honoratiſſimâ atque celebratiſſimâ. *Patre* enim natus eſt *Viro Nobiliſſimo, Doctiſſimo* atque *Experientiſſimo* HENRICO VON DEM BUSCH, *Medicinæ Doctore* meritiſſimo, & *Practico* feliciſſimo, urbiſque hujus *Phyſico* digniſſimo: *Matre, Nobiliſſimâ, pientiſſimâ omnibúſque ſexus ſui decoribus ornatâ Matronâ*, METTA COEPERA, quæ poſt fata optimi hujus mariti, ſecundis votis nupſit, *Viro S. Venerando* atque *Doctiſſimo* THEODORO UNDEREYCKIO, *Paſtori Primario* ad *Æd. D. Martin.* cujus nomen quamdiu Bremenſis Eccleſia ſtabit, apud bonos in exiſtimatione erit. *Paternus Avus* erat, T. T. LAURENTIUS VON DEM BUSCH *Mercatorius Embdanus* ex præcipuis, *Avia* T. T. ADELHEIDA DAMMANNIA. *Maternam* proſapiam ornant, *Avus, Vir Nobiliſſimus, expertiſſimus* atque *Clariſſimus* JOHANNES COEPERUS *Medicinæ Doctor*, & in Ill. hoc Lyceo *Profeſſor longè Celeberrimus*, nec non urbis Patriæ ſimul *Phyſicus meritiſſimus*. *Avia* T. T. ANNA KOEHNEN, T. T. WERNERI KOEHNEN Negotiatoris inclyti & patriæ *Senatoris Ampliſſimi* & T. T. METTÆ DREIERÆ *filia*. Idem *maternum ſtemma* condecorat *Proavus*, T. T. GEORGIUS COEPERUS U. J. D. & *Reip. Senator graviſſimus*. *Proavia*, T. T. METTA WEDEMEIERA, T. T. JOHANNE WEDEMEIERO, Capituli ad D. Anſgarii *Decano*, prognata. Ut tam ſplendidis natalibus ipſi olim novum decus adderet, ſollicitam educationem optimi Parentes primam ſuam curam reputarunt, eâmque ob cauſam eum maturè in ludum noſtrum publicum miſerunt, cujus claſſes omnes cùm ſingulari induſtria peragraſſet, anno MDCXCIII. ſummâ cum laude ad lectiones publicas promotus eſt. Utebatur hinc in *humanioribus* ductu *Clar. SAGITTARII*, in *Matheſi Cel. TARINGII*. At ſequenti jam anno MDCXCIV. *Franequeram* concedit, & ſub auſpiciis *Celeberrimi ULRICI HUBERI* per biennium ſtudio *juris* incubuit. Idem mox Ultrajecti ſub *Clariſſ.* v. ECK continuavit, cùm viſis præcipuis belgii memorabilibus, poſtquam ad tempus *Ryswici*, ubi tunc de inſtaurandâ pace agebatur, hæſiſſet, in Patriam reverſus eſt. Non tamen ut jam tum illic maneret, ſed Muſas quoque germanicas propiùs ſalutaret. Quare mox per *Hanoveram & Berolinum*, *Francofurtum ad Oderam* inviſit, ubi ſub immortalis famæ Viris, Samuele COCCEJO, Clariſſ. RHODIO, SCHULTZIO à ZULECKI & TILENIO res ſuas ſtrenuè porrò egit, donec anno MDCC a. d. XXI Martii habitâ Diſſert. Inaug. *de Præſcriptione extraordinariâ vel anomalâ*, in utroque jure Doctor renunciaretur. Adiit inde ab illo tempore præcipuas Principum Germaniæ aulas, & inprimis *Berolini, Dresdæ & Viennæ* aliquandiu paulò moratus, per *Auguſtam Vindelicorum, Norimbergam, & Altdorfium*, ſe in *Helvetiam* contulit, & ad trimeſtre ſpatium *Genevæ* ſubſiſtens, per *Francofurtum propter Mœnum, Wetzlariam, Coloniam Agrippinam*, tandémque *Weſtphaliam* patrios lares reviſit. Sic fixa jam hic loci ſede, adjutrice Conjugis operâ indigebat, quam & anno MDCCII. a. d. XIX Dec. invenit in *Nobiliſſ. ſemmiſque prærogativis ditatâ Virgine* LUCIA DUSINGIA T. T. DIDERICI DUSINGII *Mercatoris Magnarii* feliciſſimi & *Reip. Patriæ Senatoris optimè meriti*, nec non *Matronæ laudatiſſimæ*, T. T. CATHARINÆ COEPERÆ *unicâ filiâ*. Ex concordi hoc conjugio geminam vidit prolem 1. Nobiliſſ. atque Conſultiſſ. Virum HENRICUM VON DEM BUSCH U. J. D. & Advocatum Celeberriſſ. qui a. d. VII Mart. A. MDCCXLI. exoptatiſſimam thori ſocium ſibi junxit *Nobiliſſ. variiſſimique exempli Virginem* ANNAM DUSINGIAM, Viri *Nobiliſſ. Ampliſſ. atque Conſultiſſimi*, DETHARDI DUSINGII U. J. D. & *Reip. patriæ Senatoris annis ordinique primi*, & *Matronæ Nobiliſſimæ atque Pientiſſimæ* ADELHEIDÆ VON DEM BUSCH, piè defuncti ſororis, *filiam*. 2. CATHARINAM, ſed quæ, poſtquam cariſſimam matrem tribus à nativitate ſuâ hebdomadibus A. MDCCXIII. a. d. XV [illegible] amiſiſſet, eandem tertio jam ætatis anno, ſecuta eſt. Prior interim jactura feliciter reſarciebatur, cùm A. MDCCXVI. a. d. XV Sept. Nobiliſſ. Viduus ad ſecunda vota tranſiret, domum ductâ *Nobiliſſ. omnibuſque decoribus præditâ Virgine*, REBECCA à CAPPELN T. T. JOHANNIS FRIDERICI à CAPPELN, *Medicinæ Doct. & Profeſſ. Clariſſ.* nec non *Practici celebratiſſimi & Phyſici* urbis hujus, quin & totius eo tempore Collegii Profeſſorii, *Senioris*, & T. T. ADELHEIDÆ ALERSIÆ, *filiâ*. Quod matrimonium non minus quidem auſpicatum, ſed & idem non nimis diuturnum fuit. Exactis enim nondum integris XII annis, hæc quoque digniſſima Conjux, e vivis A. MDCCXXVIII. erepta, demum eum in graviſſimum luctum conjecit. Ceterùm eodem anno publicis negotiis primùm admoveri coepit. Hactenus enim privatus vixerat, ut ut Advocatus conſilium opémque ſuam expoſcentibus, illam minimè denegaverit. A. autem MDCCXXVIII. a. d. XXIII Jan. in Ampliſſimorum Procerum collegium cooptabatur, quam dignitatem quoque ſummâ fide atque dexteritate tuitus eſt, talem ſe ſemper exhibens, qualem heſterno die adhuc perpeſſionum Sanctiſſimi Servatoris hiſtoria nobis repræſentavit Joſephum Arimathienſem, *Virum* [illegible] *& juſtum bonúmque Senatorem, qui & ipſe exſpectabat regnum Dei.* Id tantùm dolendum fuit, quòd non nimis diu illi præeſſe potuerit, maximè cùm imbecillitas corporis, creſcentibus annis, magis magiſque invaleſceret, unde poſtquam jam aliquandiu præſtolatus eſſet, utrum divina benignitas ſe his incommodis iterum levare vellet, tandem, ubi ſpem penitus decollaſſe cerneret, a. d. XXV Junii, proximè elapſi anni, dimiſſionem coepit, honeſtam requiem, miſſionémque à Rep. ſibi expetere: quæ & honorificè, reſervatis omnibus honoris, muneri huic, debitis ſignis, ei conceſſa eſt. Vitam privatam ita ſemper inſtituit, ut facilè omnes, quibus propiùs cognitus eſſet, amorem atque exiſtimationem ſibi attraheret. Sincerus ante omnia Numinis cultor erat, idque tam publicè in ſolemnibus conventibus, quamdiu corporis infirmitas id permittebat, quàm privatim inprimis, ſuas indies horas Verbi Dei & ſcriptorum ad pietatem excitantium, [illegible] haud raro ſonare [illegible] Charitatis proximi plenus, egenis ſe munificum [illegible] benevolentiæ officia paratiſſimum exhibebat. Alienus à faſtu & prodigalitate, & honeſtè vivebat & rebus ſuis prudenter proſpiciebat. [illegible] Inprimis jam à multis retrò annis gravioribus hæmorrhoidum [illegible] VI. [illegible] IX. [illegible] annos natus LXXV, Menſes VIII, dies XIX. [illegible] *ut una cum ipſo pietate ſtudio in ſimilitudine mortis ejus, ipſi quoque in reſurrectione ſimiles evadat!* V. F. P. a. d. X Aprilis prid. Feſti Paſchatos, A. MDCCLI.

1730. d 10 April

RECTOR & PRO[F…]
ILLUSTRIS SCHOLÆ […]
LECTORI […]

Diu multúmque inter Veteres anquiſitum eſt, liceá[tne] illis, qui
ingraveſcente ſenio recedere. Habet quidem id ſenilis ætas incommodi,
vegetiores robuſtioréſque requirunt, minus apta reddatur. Verùm neque
in ſenibus eſt, *Job.* cap. XII, com. 12. Námque, ut habet EURIPID. in
fatur dictio: juvenum quidem plus opera, ſed conſilia plus pollent ſenum.
θαρχικὸν γὰρ ἡ νεότης, ἡγεμονικὸν δὲ τὸ γῆρας, καὶ μάλιςα σώζεται πόλις ἔνθα
dum juvenilis, ad imperandum ſenilis ætas accommodata eſt: ac maximè
cauſam multis populis magiſtratus à ſenio denominatos fuiſſe, ſcribens:
γος ἄντικρυς γερουσίαν ὠνόμασεν· ἡ δὲ Ῥωμαίων σύγκλητος ἄχρι νῦν γερουσία καλεῖται, *atque ideo opti[…]*
Lycurgus diſertè gerontas (ſenes) *nominavit. Et Romanorum ſenatus in hunc usque diem à ſeni[…]*
diem apud Arabes alióſque Orientis, quin & pleroſque omnes Europæ populos obtinere, adeo
hanc perorans ait CICERO in *Catone Major.* cap. VI. *qui in re gerendâ verſari Senectutem negan[t]*
alii per foros curſent, alii ſentinam exhauriant, ille clavum tenens quietus ſedeat in puppi. No[n]
aut celeritate corporum, res magnæ geruntur: ſed conſilio, auctoritate, ſententiâ: quibus non mo[do]
tates acceſſerint, quæ impediant, quò minùs quis, licet mente ac conſilio optimè valeat, quin &
queat, nec recuperandæ priſtinæ ſanitatis ſpes ulla adfulgeat. Hic eſt ſtatus quem idem Rom[anus] Orator
aut omninò vitæ munus exſequi poſſint. At id quidem non proprium ſenectutis eſt vitium, ſed c[…]
pag. 797. monet δεῖ γὰρ μὴ προαπολιπεῖν τὴν προθυμίαν τῆς δυνάμεως, ἐγκαταλειφθεῖσαν δὲ μὴ βιάζεσθαι
deficientibus vis non eſt inferenda corpori. Quapropter & *iis concedendum* eſſe rectè pronunciat TULLIUS de Of[f…]
Quòd ſi ita, qui inter gentes ſapientiæ præceptis inclyti erant, rationes ritè ſubduxerint, quantò m[agis …]
minis beneplacito pendere norunt, ejúſque ductum unicè ſequi cupiunt. Hi uti nullis prenſ[…]
diſpenſante, ut intelligant ſe commiſſam divinitùs provinciam per corporis infirmitatem orna[re …]
cari, oneréque levari credunt. Talibus ſanè meritò honori ducitur, ſe honore abdicare, dum inte[…]
amplius nequeant, ipſis verè venerandæ canitiei coronam imponunt. Quin & ipſi habent, c[…]
præparationi ad beatam æternitatem unicè impendendi. Quorſum hæc noſtra tendat oratio, facilè intelli[…]
Eſt is *Vir Nobilisſimus, Ampliſſimus* atque *Conſultiſſimus* JOHANNES von dem BUSCH, U. J. D. & Re[…]
laude, ulli facilè alteri ſecundus. Adſpexerat is hic Bremæ dias luminis auras anno ſupra milleſimum
natus eſt *Viro Nobiliſſimo, Doctiſſimo* atque *Experientiſſimo* HENRICO von dem BUSCH, *Medicinæ D[…]*
mâ omnibúsque ſexus ſui decoribus ornatâ Matronâ, METTA COEPERA, quæ poſt fata optimi hujus m[…]
ſtori Primario ad *Æd. D. Martin.* cujus nomen quamdiu Bremenſis Eccleſia ſtabit, apud bonos in exiſti[…]
cipuis, *Avia* T. T. ADELHEIDA DAMMANNIA. *Maternam* proſapiam ornant, *Avus, Vir Nobiliſ[…]*
feſſor longè Celeberrimus, nec non urbis Patriæ ſimul *Phyſicus meritiſſimus. Avia* T. T. ANNA KOEHNE[N …]
DREIERÆ *filia.* Idem *maternum ſtemma* condecorat *Proavus,* T. T. GEORGIUS COEPERUS U. J. D.
MEIERO, Capituli ad D. Ansgarii *Decano,* prognata. Ut tam ſplendidis natalibus ipſe olim novum decus
maturè in ludum noſtrum publicum miſerunt, cujus claſſes omnes cùm ſingulari induſtria peragraſſet, ann[…]
Clar. SAGITTARII, in *Matheſi Cel. TABINGII.* At ſequenti jam anno MDCXCIV. *Franequeram* conc[…]
jecti ſub *Clariſſ. v.* ECK continuavit, cùm viſis præcipuis belgii memoralibus, poſtquam ad tempus *Ry[…]*
maneret, ſed Muſas quoque germanicas propiùs ſalutaret. Quare mox per *Hanoveram & Berolinum*
SCHULTZIO à ZULECKI & TILENIO res ſuas ſtrenuè porrò egit, donec anno MDCC a. d. XXI Ma[…]
Adiit inde ab illo tempore præcipuas Principum Germaniæ aulas, & inprimis *Berolini, Dresdæ & Viennæ* di[…]
trimeſtre ſpatium *Genevæ* ſubſiſtens, per *Francofurtum propter Moenum, Wetzlariam, Coloniam Agripp[…]*
gebat, quam & anno MDCCII. a. d. XIX Dec. invenit in *Nobiliſſ. ſummisque prærogativis ditatâ Virgine,*
optimè meriti, nec non *Matronæ laudatiſſimæ, T. T.* CATHARINÆ COEPERÆ *unicâ filiâ.* Ex concordi
U. J. D. & Advocatum Celebratiſſ. qui a. d. VII Mart. A. MDCCXLI. exoptatiſſimam thori ſoriam ſibi ju[…]
ſimi, DETHARDI DUSINGII U. J. D. & *Reip. patriæ Senatoris annis ordinéque primi, & Matronæ Nob[…]*
ſed quæ, poſtquam cariſſimam matrem tribus à nativitate ſuâ hebdomadibus A. MDCCXIII. a. d. XV J[…]
A. MDCCXVI. a. d. XV Sept. Nobiliſſ. Viduus ad ſecunda vota tranſiret, domum ductâ *Nobiliſſ. omnib[…]*
Medicinæ Doct. & Profeſſ. Clariſſ. nec non *Practici celebratiſſimi & Phyſici* urbis hujus, quin & totius [...]
non minus quidem auſpicatum, ſed & idem non nimis diuturnum fuit. Exactis enim nondum integris
luctum conjecit. Ceterùm eodem anno publicis negotiis primùm admoveri coepit. Hactenus enim pri[…]
MDCCXXVIII. a. d. XXIII Jan. in Ampliſſimorum Procerum collegium cooptabatur, quam dignitatem
peſſionum Sanctiſſimi Servatoris hiſtoria nobis repræſentavit Joſephum Arimathienſem, *Virum* nempe
non nimis diu illi præeſſe potuerit, maximè cùm imbecillitas corporis, creſcentibus annis, magis magisq[ue]
iterum levare vellet, tandem, ubi ſpem penitus decollaſſe cerneret, a. d. XXV Junii, proximè elapſi anni,
bus honoris, muneri huic, debitis ſignis, ei conceſſa eſt. Vitam privatam ita ſemper inſtituit, ut facilè
Numinis cultor erat, idque tam publicè in ſolemnibus conventibus, quamdiu corporis infirmitates id p[…]
lectioni, meditationibus, precibus aliisque ſacris exercitiis impendens, teſtabatur. Uti ſolidam eruditionem ſemper ama[…]
haud raro ſemet oblectabat. Charitatis proximi plenus, egenis ſe munificum, omnibus autem ſine diſcrimine ad qu[…]
proſpiciebat. Ceterùm excitato gaudebat animo, ſed cui infirmum fragiléque domicilium ſupremus rerum arbiter inhabit[…]
haud raro graviſſima incommoda & maximè doloriferi ſpasmi, in interioribus non minùs, quàm exterioribus corporis par[…]
diu jam ad omnes corporis motus ciendos invalidus reddebatur: donec ultimis elapſi menſis diebus lenta febris accederet,
mortem, quam dudum omnibus votis, at cum ſubmiſſione tamen voluntatis ſuæ ſub arbitrium Domini, anhelaverat, placidi[…]
lum migravit, ita quod terrenum erat ad terram revertetur, honeſtiſſimis hodiè exſequiis avito tumulo in æde D. Ansgarii
quémque craſtino die ut mortis victorem in reſurrectione, cum piâ Chriſtiadum cohorte, contemplabimur. Tu Lector,
X Aprilis prid. Feſti Paſchatos, A. MDCCLI.

& PROFESSORES P.
... ÆBREMENSIS
LECTORI S.

...tne illis, qui Reipublicæ adminiſtrationi admoti ſunt, ab eadem
...ur annis pedetentim corporis vires atterantur, atque adeo ad illa munia aut exercitia, quæ has
...in gerendâ republicâ iis admodum opus eſt, ſed potiùs conſilio atque prudentiâ, *quæ præcipuè*
...*Melanipp.* v. 73. παλαιος αἶνος· ἔργα μὲν νεωτέρων, βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος. *Antiqua*
...Unde rectè PLUTARCH in *Libello an ſeni gerenda ſit Resp.* Oper. T. II. pag 789. ait: πει-
...βουλαὶ γερόντων καὶ νέων ἀνδρῶν ἀριστεύουσιν αἰχμαί. i. e. ex verſione *Xylandri*: *Nam ad paren-*
...*falva eſt civitas, ubi conſilia ſenum & juvenum arma obtinent.* Quin & mox addit, eam ob
...τὴν μὲν ἐν Λακεδαίμονι παραζευχθεῖσαν ἀριστοκρατίαν τοῖς βασιλεῦσιν ὁ πύθιος πρεσβυγενέας, ὁ δὲ Λυκοῦρ-
...*atum magiſtratum Spartanæ civitatis regibus adjunctum, Apollo presbygeneas* (natu majores)
...*nomen gerit.* Similem denominationem apud Judæos quondam locum habuiſſe, & in hunc
...in vulgus notum eſt, ut vel monere nil attineat. *Nihil igitur afferunt*, ut eleganter cauſam
...*ſimilésque ſunt iis qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, cùm alii malos ſcandant,*
...*facit ea quæ juvenes, at verò multò majora & meliora facit.* *Non viribus aut velocitatibus,*
...*non orbari, ſed etiam augeri ſenectus ſolet.* At alia eſt ratio, ſi ad ætatem graviores imbecilli-
...tenerrimè in Remp. adfectus ſit, ob corporis infirmitatem tamen muniis neceſſariis defungi
...us Orator vividè ibidem depingit cap. XI. *At ita multi ſunt imbecilli ſenes, ut nullum officii*
...*mmune valetudinis.* Id ubi locum habet, non inmeritò valet quod laudatus PLUTARCHUS
..., quæ *Xylander* reddit, *Voluntatem ſcilicet non oportet deponere viribus ſuppetentibus: viribus*
...TULLIUS de *Offic.* Lib. I. cap. 21. *qui valetudinis imbecillitate impediti, à Republicâ receſſerunt.*
...jori jure id faciunt illi, qui ſublimioribus Chriſtianismi principiis imbuti, ſe totos à ſupremi Nu-
...tionibus ſe muniis ingerunt, ſed Dei nutum placidè exſpectant, ita eodem providentiâ ſuâ res ſic
...amplius non poſſe, ab hoc ſummo rerum humanarum arbitro Dominòque ſuo ſe iterum avo-
...ea illæ animi dotes, quæ ipſos honoratos reddebant, licèt eas in publicum commodum exſerere
...uo ſibi gratulentur, ſi publicis curis emancipati plus otii accipiant, quod reliquum eſt temporis
..., qui ad honoratiſſimi noſtráque laude majoris Viri, cujus funus hodiè ducitur, fata, animum advortet.
...patriæ Senator, neque prudentiæ, neque integritatis ſincerrimique ſtudii Reip. commoda promovendi
...centeſimum ſeptuageſimo ſexto a. d. XVIII Jul. gente honoratiſſimâ atque celebratiſſimâ. *Patre* enim
...ctore meritiſſimo, & *Practico* feliciſſimo, urbisque hujus *Phyſico* digniſſimo: *Matre, Nobiliſſimâ, pientiſſi-*
...fui, ſecundis votis nupſit, *Viro S. Venerando* atque *Doctiſſimo* THEODORO UNDEREYCKIO, *Pa-*
...tione erit. *Paternus Avus* erat, T. T. LAURENTIUS von dem BUSCH *Magnarius Embdanus* ex præ-
..., *expertiſſimus* atque *Clariſſimus* JOHANNES COEPERUS *Medicinæ Doctor*, & in Jll. hoc Lyceo *Pro-*
...N, T. T. WERNERI KOEHNEN Negotiatoris inclyti & patriæ *Senatoris Ampliſſimi* & T. T. METTÆ
...& *Reip. Senator graviſſimus.* *Proavia*, T. T. METTA WEDEMEIERA, T. T. JOHANNE WEDE-
...deret, ſollicitam educationem optimi Parentes primam ſuam curam reputarunt, eámque ob cauſam eum
...o MDCXCIII. ſummâ cum laude ad lectiones publicas promotus eſt. Utebatur hinc in *humanioribus* ductu
..., & ſub auſpiciis *Celeberrimi ULRICI HUBERI* per biennium ſtudio *juris* incubuit. Idem mox Ultra-
..., ubi tunc de inſtaurandâ pace agebatur, hæſiſſet, in Patriam reverſus eſt. Non tamen ut jam tum illic
...*Francofurtum ad Oderam* inviſit, ubi ſub immortalis famæ Viris, Summo COCCEJO, Clariſſ. RHODIO,
..., habitâ Diſſert. Inaug. *de Præſcriptione extraordinariâ vel anomalâ*, in utroque jure Doctor renunciaretur.
...ulis paulò moratus, per *Auguſtam Vindelicorum, Norimbergam,* & *Altdorfium*, ſe in *Helvetiam* contulit, &ad
..., tandémque *Weſtphaliam* patrios lares reviſit. Sic fixa jam hic loci ſede, adjutrice Conjugis operâ indi-
...LUCIA DUSINGIA T. T. DIDERICI DUSINGII *Mercatoris Magnarii* feliciſſimi & *Reip. Patriæ Senatoris*
...hoc conjugio geminam vidit prolem 1. Nobiliſſ. atque Conſultiſſ. Virum HENRICUM von dem BUSCH
...Nobiliſſ. *rariſſimique exempli Virginem* ANNAM DUSINGIAM, Viri *Nobiliſſ. Ampliſſ.* atque *Conſultiſ-*
...atque *Pientiſſimæ* ADELHEIDÆ von dem BUSCH, piè defuncti ſororis, *filiam.* 2. CATHARINAM,
...amiſſet, eandem tertio jam ætatis anno, ſecuta eſt. Prior interim jactura feliciter reſarciebatur, cùm
...*e dotibus præditâ Virgine*, REBECCA à CAPPELN T. T. JOHANNIS FRIDERICI à CAPPELN,
...temporis Collegii Profeſſorii, *Senioris*, & T. T. ADELHEIDÆ ALERSIÆ, *filiâ.* Quod matrimonium
...XII. annis, hæc quoque digniſſima Conjux, e vivis A. MDCCXXVIII. erepta, demum eum in graviſſimum
...us vixerat, at ut Advocatus conſilium opémque ſuam expoſcentibus, illam minimè denegaverat. A. autem
...quoque ſummâ fide atque dexteritate tuitus eſt, talem ſe ſemper exhibens, qualem heſterno die adhuc per-
...um & *juſtum honeſtúmque Senatorem, qui & ipſe exſpectabat regnum Dei.* Id tantùm dolendum fuit, quòd
...invaleſceret, unde poſtquam jam aliquandiu præſtolatus eſſet, utrum divina benignitas ſe his incommodis
...conſilium coepit, honeſtam requiem, miſſionémque à Rep. ſibi expetere: quæ & honorificè, reſervatis omni-
...nium, quibus propiùs cognitus eſſet, amorem atque exiſtimationem ſibi attraheret. Sincerus ante omnia
...mitterent, quàm privatim inprimis, ſuas indies horas Verbi Dei & ſcriptorum ad pietatem excitantium,
...omniáque generis litteris haud perfunctoriè tinctus erat, nec vulgari librorum eo facientium notitiâ gaudebat, ita & his
...atque humanitatis officia paratiſſimum exhibebat. Alienus à faſtu & prodigalitate, & honeſtè vivebat & rebus ſuis prudenter
...decerat. Inprimis jam à multis retrò annis gravioribus hæmorrhoidum inſultibus impetebatur, ex quarum ſtagnatione,
..., oriebantur, unde invaleſcens quotidiè nervorum & fibrarum induratio ſequebatur, quibus tandem planè obrigeſcentibus
...creſcente impetu, exiguæ, quæ ſupererant vires, ita mox conſumebantur, ut VI. hujus menſis die, paulò poſt IX. veſpertinam,
...non ſine ſuorum graviſſimo luctu oppeteret, annos natus LXXV, Menſes VIII, dies XIX. Uti coeleſtis originis mens in coe-
..., in ſpe beatæ reſurrectionis, illius meritis nixâ, quem heri, ſepulchro illatum, ſuorum ſepulchra conſecraſſe audivimus,
...da, *ut una cum ipſo planta factus in ſimilitudine mortis ejus, ipſe quoque in reſurrectione ſimilis evadas!* V. P. P. a. d.